Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

luto prius & lateri seruiente. quae post ea
illi filios & filias uel in solitudine uel in rep
missionis terra genuerunt. Primum q;
fornicata est oolla id est samaria super
dm. quando insaniuit in assiriis quiuesti
ti erant hyacinthinis & non quos lib & depo
pulo. sed duces & magistratus. nec aetate
confectos. sed iuuenes omnes equites electos.
quorum sequuta e. idola & aquibus contra
iussionem di. postulauit auxilium qui uenerunt
& polluerunt eam. ut quidquid in adulescen
tia fecerat in aegipto non relinqueret.
nam & aegiptii concubuerant cum ea in
adulescentia eius. quorum simulacra uene
rata est. ibique deuirginata & confracta
sunt ubera illius. & tanta fuit fornicatio
nis abundantia. ut non fornicati cum ea sed
fornicationem suam effudisse dicantur. ppter
ea tradita est ipsis amatoribus suis. ful & the
glat falassar. & salmanassar. in quorum
insaniuit libidinem. & ipsi discoperuerunt
ignominiam eius. ΤΡΟΠΟΛΟΓΙΚΟΣ qua
si mulieris meretricis. Reuelatio aduersus urbis